



S. D. P.

Nobilissime Vir,

Cum Vogelarius noster, natus amicos  
promptissimis officiis demereri et in Literatorum  
ordinem, licet ipse illiteratus, rarissimo  
exemplo propensissimus, cuiusq; eleganti et  
generosa indoli longe plurimum debeo,  
cum is, inquam, Lajam excurreret, per  
eum ad Te literas dare non erubui. Cui  
enim maxime conciliatore antea  
benevolentiam tuam sum consecutus,  
eo itidem interveniente, a Te mihi  
scribendi veniam prolixè pollicor, hanc  
ignarus quoniam ipse apud te amicitie  
loco consistat.

Non conabor tibi exponere quam afflicto  
animo, <sup>tulerim</sup> ingentem hanc facturam, quam  
omnes confederati Belgae fecimus in  
magno illo Patria Patre, Celsissimo  
invictissimoq; Principe Auriaco, cuius  
nunc funus ducitur. Tantus moeror  
omne verborum officium longissime superat.

Equidem



Equidem: Communis (ut cum Poeta nostro loquar)  
~~est~~ dolor ex aequo et commune sepulchrum  
est. Meruerat summus hic Imperator ut  
cum ipso annos nostros, si quo modo id potuisset  
fieri, contribuisset; sicuti Romani,  
extremam amoris sui vim expressuri,  
triumphanti Imperatori dicuntur occinisse.  
De nostris annis augeat tibi Juppiter annos.  
Etiam privatam tuam in Beronitatis  
incomparabilis excessu dispendium acerbè dolui.  
Certè prudentissimus ille et ingeniosissimus  
Princeps sublimes animi tui dotes ~~ex~~ tot  
tantisque solertia, industria, fideique tuae  
experimentis justissime estimare didicerat,  
nec sua cognita virtuti premia deesse  
sinebat. Ceterum uti communes Patriae  
vires magna illa Magni Parentis Soboles  
et dignissimus Successor, Celsissimus Princeps  
Guilielmus solatur, ita et idem dolori meo  
privato succurrit, dum non tantum pristinam  
tibi dignitatem conferat et stabilit, sed  
eam spontaneo quoque augmento exornat.  
Nempe regii ille animi Princeps et paternarum  
virtutum



virtutum emulus, non modo ostendit se <sup>tanti</sup> Parentis  
de te artimio fidem habere, eiq; imitatione  
accedere; verum singulare etiam propriumq;  
se de mentis tuis iudicium concepisse, iisq;  
et seorsim constituere precium posse testationem  
fecit.

Ferventissimo voto a Coelesti Numine  
contendo, ut illud crescentibus Celsissimis  
hujus Principis heroicis virtutibus divinam  
suam gratiam magis magisque aspirare, diuq;  
eum Patria incolumem servare, tum et  
tibi (quod in commune quoq; bonum vergit) in  
confirmato hoc et adauxo amplissimo  
munere omnia faustissima et perennia  
indulgere, <sup>clementer</sup> velit.

Vale, Vir Nobilissime, et persuasissimum  
habe, nunquam me memoriam beneficiorum,  
quae mihi fratriq; meo immerentibus  
tribuiti, depositurum,

Tui

multo observan-  
tissimum cultorem  
Alb. Rusium

Raptim Amstelodami  
patriae Nonas Maji 1677  
St. Greg.



Nobilissimo, Amplissi=  
moq Viro,

Dño Constantino

Hugenio, Equiti, Gulibe=  
mti, Seelhemii et Monike=  
landia Domino, Cessif. Principi

Arautimensiu a secretis et Consi=  
lius.  
Haydam.

